

C) Civēs Saxoniae, qui post annum aetatis **LXV.** transactum solum mutavit, lapso quinquennii spatio, a momento discessus computando, modo tempore intermedio nuncium sui non miserit, mortuis adnumeratur:

D) Neque vero satis est, mortis legitimam prae sumptionem, lapsu temporis diurni, et vitae absentis ignoratione, esse introductam. Nam plane est necessarium:

I) ut, tum absens, tum, qui sunt ei heredes futuri, omnesque, qui ex quocumque capite in absentis bonis ius habeant, rite convocentur

- a) literis edictalibus, iisque rite compositis,
- b) certis locis, lege monstratis, rite adfigendis et refigendis,
- c) legitimum spatium
- d) statumque diem, quo vocati se iudicii sistant, complectentibus,
- e) et poenas contumaciae comminantibus.

II) vt die dicto, facta solemni absentis, omniumque, quorum interest, provocatione, et mora contumacis cuiuscumque accusata, per sententiam, vim rei iudicatae nactam, absens civiliter mortuus declaretur, cognatis,